Jacobus M. Mauritius de St. Palais,
Dei et Apostolicae Sedis gratiâ
Omnibus hasce litteras inspecturis, salutem.

Quandoquidem Dominus Noster Jesus Christus cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos, suumque sacrum corpus et pretiosum sanguinem non tantum dederit in cibum, verùm etiam, non derelinquens nos orphanos, ostenderit quotidièque ostendat suas delicias esse cum filiis hominum, Summi Pontifices Benedictus XIV et Clemens XIII de injuriis ipsi in tàm Venerabili Sacramento illatis dolentes, fidelium devotionem ad illas reparandas coelestium munerum thesauris allicere statuerunt. Nos verò, vestigiis horumce Summorum Pontificum inhaerentes, optantesque omnes hujus regionis fideles Sacratissimo moestissimoque Cordi Jesu compati, Preces Quadraginta Horarum in Ecclesiâ Sacratissimi Cordis Jesu, loci Dominae Nostrae à Lacu in perpetuum instituimus, proptereàque concedimus SS. Sacramentum Venerationi fidelium exponi Dominicâ ~~Quadragesimae~~ Quinguagesimae duobusque sequentibus diebus cum omnibus privilegiis et Indulgentiis huic Expositioni annexis.

✠ Mauritius Episcopus Vincennensis

N° 3.

Mgr de St Palais
accorde le privilège
des 40 heures

Bishop de St Palais
letter